

Dubitari solet, eum pacti simplex mentio sit aliqua in dispositione, an præsumatur pactum vestitum, vel potius nudum, atq; ita simplex promissio? Et præsumi nudum scribunt Bald. & Rimin. sen. in rubr. Co. de pact. ad fin. & ibidem Dec. num. 7. Alc. in fin. Zuchar. numer. 87. & 10. Bologn. nu. 45. qui communem esse sententiam testatur. Et quam etiam probavit Caccialupus in tract. de pact. q. 4. qui dixit, quod si in instrumento scriptum est, pactum, intelligitur de pacto nudo. Eandem sententiam secutus est Didac. in ea. quamvis, in 1. part. §. 4. num. 12. de pact. in 6.

Et quamquam tex. l. lecta. ff. si cer. pet. qui passim à prædictis allegatur, nil ad rem pertineat, ut rectè aduertit Zuchardus. Nec minus l. ult. C. de pact. ab eo considerata, attamen satis fulcitur sententia hæc, l. legitima, ff. de pact. ibi, & ideo interdum ex pacto actio nascitur. Pactum ibi pro nudo sumitur, alioqui non dixisset interdum. Et Accursius ibi sic illum intellexit. Idè probat. l. 3. C. de vsur. ubi pariter Accursius sic illam explicat. Huius sententia ratio à prædictis asseritur, quod in dubio verba intelligi debent simpliciter, & non secundum quid, ut scribunt Bar. in l. hoc legatum, & in l. Lucius, §. quæ situm, delegat. 3. & idem Bar. in rubr. ff. solut. matr. numer. 12. ubi Alex. num. 22. & Dec. in l. velle non creditur, num. 3. de regul. juris.

Potè cum pactum nudum sit simpliciter pactum: pactum verò vestitum sit secundum quid, præsumitur pactum nudum, non autem vestitum.

Nec repugnat consideratio Bologne, in d. rubr. C. de pactis, nu. 45. quod imò pacta vestita sunt proprie pacta, sicuti pactum nudum, cum & illa sint species pacti. l. iurisdictionum, in princ. ff. de pactis. Et species continentur sub genere, & proprie, l. si quid earum, §. interemptum, de leg. 3. Dec. in rub. ff. de iurid. om. iud. & in l. in toto num. 3. de reg. iur. Nam facillè respondetur, præcitate Doctores non negare, quod pacta vestita tanquam species contineantur proprie sub nomine pacti in genere, sicut æquus tanquam species æqui proprie continetur sub genere animalis, sicuti continetur, & homo, sed dicunt, quod pacta vestita ob nomen certum, quod sumptur, dicantur pacta secundum quid, hæc ob causam proprie de eis non intelligi. Alia ratione vsus est Bologn. quæ tamen non differt ab illa Doctores, ut statim dicemus. Rem hæc planius explicando, sic dicimus, & distinguimus primum tres casus vna cum Zuchardo in l. posthum. C. de bonor. poss. contra tab.

Primus est, quando genus diuiditur in suas species, quæ omnes assumunt nomen speciale, ut animal, quod diuiditur in species nomine differentes, ut in hominè, equum, bouem, & similes. Et ita nulla species retinet nomen generis. Exemplum est in iure nostro in nomine liberorum, quod tanquam genus diuiditur in species nomine differentes, ut in filios, nepotes, pronepotes & alios descendentes, l. liberorum, de verb. sign. si ergo dico liberi, ita proprie, & verè comprehenduntur nepotes, ut filij, & contra. Hic casus nostro non adaptatur.

Secundus est casus, quando genus diuiditur in suas species, quæ omnes retinent nomen generis, atque ita nulla earum sibi assumit speciale nomen. Exemplum in nomine posthumi, quod tanquam generale continet sub se posthumum natum mortuo ipso patre, & posthumum natum condito testamento, viuo adhuc ipso patre, & posthumum hoc est filium illegitimum, mortuo patre legitimum, ut explicant Doct. in rub. ff. de liber. & posth. qui ob id affirmant, quod si posthumi fiat mentio etiam in materia stricta, tam de vna specie, quam de altera intelligi. Hic pariter casus nostro non conuenit.

Tertius est casus, quando genus diuiditur in duas spe-

cies, quæ vna retinet nomen generis, alia verò assumunt nomen speciale sicut adoptio, quæ in genere consideratur, & diuiditur in duas species, hoc est in adoptionem in specie, & in arrogationem, §. 1. in instit. de adoptio. Ita & beneficium, ut genus, diuiditur in beneficium in specie, in privilegium, & rescriptum, Barto. in l. ult. num. 3. ff. de constit. princ. Ita in institutione, quæ tanquam genus diuiditur in institutionem in specie, & substitutionem, ut scribit post alios Socin. sen. in l. 1. col. 2. in fin. ff. de vulg. & pup. subtit. Ita in casu nostro, pactum quod ut genus diuiditur in pactum simplex, quod retinet nomen generis, & in alias species, quæ specialia nomina assumunt, ut nomè emptionis, & vèditionis, locationis, & conductionis, & similib. l. iurisdictionum, in princ. ff. de pactis. Cum ergo in aliqua dispositione sit mentio adoptionis, beneficij, institutionis, & pacti, præsumitur disponentes illos sensisse de adoptione, beneficio, institutione, & pacto in specie, quæ retinent nomen ipsum generis, non autem de alijs speciebus, quæ alia nomina specialia à genere suo differentia assumpserunt. Ita scribit Bart. in d. rubr. ff. solut. matr. num. 12. & in d. l. hoc legatum, de leg. 3. & alij præallegati. Ratio est, quia verisimile est, quod partes contrahentes, vel disponentes, sciuerint certa ipsa specierum nomina, & quod si voluissent intelligere de ea spè, quæ non retinet nomen generis, sed aliud certum nomen assumpsit, quod, in quâ certum illud nomen expressissent, ut puta sciunt contrahentes, quod si pactum transit in contractum emptionis, & vèditionis, nomen illud assumit. Et quod si pactum manet in finibus, & puris terminis conuentionis, retinet nomen pacti: si ergo contrahentes nominando pactum, intellexissent de emptione, & venditione, certè expressissent proprium eius nomè. Ita etiam cum disponentes nominant adoptionem, si intellexissent de arrogatione, illa suo nomine expressissent. Est ergo dicendum, quod nominando pactum, vel adoptionem, intellexerint de speciali pacto, & adoptione, quæ nomine ipso speciali differunt ab emptione, venditione, & ab arrogatione, quæ specialia nomina habent. Considerati etiam potest ratio hæc in pacto, quod nomen speciale, quod non assumit pactum, est propter aliquam adiectam qualitatem, d. l. iurisdictionum, in princ. At qualitas quod ut accidens non præsumitur, l. si verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisfare cogatur, & scripsi post alios in conf. l. n. 21. l. 1. Non ergo præsumitur pactum vestitum, sed illud simplex, sicque nudum.

12 Declaratur primò non procedere, quando quod subiecta ipsa materia significat, disponentes, vel contrahentes intellexisse etiam de pacto vestito. Ita declarat Zuccar. in d. rub. C. de pact. nu. 87. in fin. simile tradit Alexand. in l. lecta. n. 4. ff. si cer. pet. & ibidem Ias. n. 5. ver. 4. limita. Cagn. n. 92. ver. 3. limita, quod verbum, promitto, prolatur in materia contractuum innominatorum, intelligitur de pacto nudo, & si alias intelligi debeat de pacto vestito, hoc est de stipulatione, & attingam in subsequenti præsumptione.

Pactum nudum, vel stipulationem intulisse an præsumantur, qui verbo conuentionis, vel promissionis, vel placiti vsi sunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Conuenit, verbum generale est, & ad omnes refertur contractus. In dubio tamen de solo pacto nudo intelligitur. nu. 2.
- 2 Quod procedit, etsi in scriptura, vel instrumento proferatur, numero 3.
- 4 Conuenit, verbum prolatur in actis iudicialijs, præsumitur mediante stipulatione conuentum.
- 5 Promissit, verbum, in publico instrumento redactum, stipulationem importat.

- 6 Promissit, verbum, etiam in scriptura priuata stipulationem significare.
- 7 Instrumentorum appellatione veniunt etiam scriptura priuata.
- 8 Promissit, verbum, in actis iudicialijs, intelligitur post stipulationem.
- Idque etiam si ab ignaro fuerit prolatur, num. 10. Idem est, si in confessione partis reperitur, num. 11.
- 12 Promitto, verbum, in instrumento positum, quando solum nudum pactum significet, n. 13. 14. 16. 18. & 19.
- 15 Contractus innominati nudo pacto consueverunt.
- 17 Promissio quod stipulationem significet, unde proneniat.

P R A E S V M P T. XLI.

Congruus satis est hic locus, ut asseramus, an pactum nudum, vel stipulationem intulisse præsumantur, qui verbo conuentionis, vel promissionis, vel placiti vsi sunt? Hac de re copiosè differuerunt post alios Ias. in l. lecta, num. 5. ff. si certum perat. & ibid. Dec. nu. 9. Cagn. num. 87.

Verbum, conuenit quod (ut de hoc primum dicamus) generale est, ob id ad omnes contractus referri potest, l. 1. §. 1. ff. de pactis. Vnde & stipulationem significat, si apparet partes stipulati voluisse, l. seruis ea. ff. de seruis ex port. in dubio quod autem intelligitur de solo pacto nudo. Ita Bart. Ang. & Alex. in d. l. lecta, & ibidem Dec. num. 9. Alciat. num. 18. & Cagn. num. 87. qui communem esse opinionem testatur, adducit tex. d. l. lecta, in quo verbum, conuenit, per stipulationem promissum significat. Idem probat l. qui Romæ, §. Flavianus, ff. de ver. obligat. & l. si tibi, C. locati. Et probabilior est hæc ratio perpetua ab Alciato, quia et si stipulatio, & reliqui contractus nominati, mediante conuentione consueverunt: attamen præter ipsam conuentionem requiritur forma, & iuris approbatio. Et ideo in dubio, verbum conuenit, significat solum pactum nudum, cum nil ultra conuentionem nudam habeat. Quam sanè rationem sensit prius Fulg. in d. l. lecta.

Extenditur primò, ut locum etiam habeat, quando verbum, conuenit, quod fuit prolaturum in scriptura, & instrumento. Nam adhuc significat pactum nudum, non autem stipulationem. Ita tradunt Bart. Dec. & Cagn. nu. 87. in fin. qui ob id inferunt, quod si in instrumento ita scriptum sit, hoc actio, & conuento, non præsumitur, quod interuenit stipulatio, sed pactum nudum tantum.

Declaratur primò, ut locum non habeat hæc præsumptio, quando verbum, conuenit, quod fuit prolaturum in actis iudicialijs. Nam tunc præsumitur prolaturum, mediante stipulatione. Ita Bald. in l. sciendum, in 2. lecta. ff. de verb. oblig. quam declarationem dixit singularem Fran. Cremenf. in sing. 140. incipit, quamquam. Idem scripsit Ias. in d. l. lecta, num. 5. ver. 6. limita.

Verum Cagn. in d. l. lecta, n. 91. dissentit, qui animaduertit, quod ostendimus, §. ult. ff. de fideiusor. tut. quæ hac pro declaratione allegatur, nil dicere de verbo, conuenit. De verbo, promissit, differamus nunc. Et dicimus eòdem esse opinionem, quod quod in publico instrumento redactum, importet stipulationem. Ita affirmat omnes in l. lecta, ff. si cer. pet. ubi Ias. num. 5. Cagn. nu. 92. Ruin. in conf. l. 3. num. 1. lib. 1. testantur communem esse opinionem, & Rota in decis. 683. in prima parte, in nouissimè editis. Et satis manifestè probant l. 1. C. de cõtrahenda, & committen. stipul. & §. si scriptum, in instit. de in iuri. lib. stipula. lex enim præsumit promissionem fuisse solemniter factam, mediante scilicet præcedenti interrogatione, & subsequenti responsione. Ita Cagn. in d. l. lecta, nu. 92. ver. 3. limita. Nam (ut Grammatici scribunt, & docet Alciat. in d. l. lecta, nu. 20.) pollicemur quod vltro, pro-

mittimus rogati. Et propterea præsumitur neminè promississe, nisi præcedente interrogatione, argum. locum de indebito, ff. de probat.

Extenditur primò, ut locum habeat etiam in priuata scriptura, in qua verbum, promissit, quod significat stipulationem, sicuti tradunt Castren. in l. 1. C. de vsur. Socin. sen. in conf. 267. nu. 1. lib. 2. Decius in d. l. lecta, num. 9. & communem testatur ibid. Cagnol. nu. 29. ver. non est tamen Nam et si text. d. §. si scriptum, loquitur de instrumento, attamen appellatione instrumentorum quod veniunt etiam priuata scriptura, l. 1. ff. de fide instrum.

Extenditur secundò, ut procedat etiam, quòdo in actis iudicialijs fuit prolaturum quod verbum, promissit. Nam & tunc per stipulationem intelligitur. Ita Ias. in d. l. lecta, num. 5. ver. 6. limita.

Extenditur tertio, ut habeat locum etiam, quando verbum, quod promissit, fuit prolaturum ab ignaro, & imperito. Nam adhuc præsumitur per stipulationem. Ita communem esse opinionem testatur Cagnol. in d. l. lecta, n. 92. ver. 4. limita.

Extenditur quarto, ut non procedat, quando verbum promitto, reperitur quod in confessione partis, Afflic. in decisio. 110. nu. 4. Dubitat tamen Alexand. in conf. l. 3. nu. 4. lib. 1.

Declaratur primò, ut locum non habeat, quando in eodem instrumento adessent plura capitula, & in omnibus alijs capitulis partes expressè apposuerunt stipulationem, si postea, in alio capitulo simpliciter vsi sunt verbo promissit, intelligitur pacto nudo. Ita Ias. in d. l. lecta, num. 5. ver. 6. regula est, post Roman. ibi, qui sic intellexit. d. l. lecta.

Declaratur secundò, ut non procedat, quòdo verbum, promissit, fuit quod appositum super actu, qui valet de iure communi, secus si super actu, qui solum valet de iure speciali. Nam tunc præsumitur, & intelligitur pacto nudo promissum, ut si quis simpliciter promissit dotem pro muliere, intelligitur pacto nudo promississe. Sic declarat Bal. in l. 1. C. de dotis promiss. Ias. in d. l. lecta, n. 5. ver. 3. limita, & idem docuit Are. in l. sciendum, ff. de ver. oblig. Ea ratione moti sunt, quia plures specialitates concurrere non possunt simul, d. l. 1. C. de dotis promiss. sicuti hic concurreret specialitas, quod promissio dotis incertè valeat, l. cum post, §. gener. ff. de iure doti. & quòdo verbum promitto, significet stipulationem.

Cæterum à prædictis dissentient Alex. & Aquensis in d. l. sciendum, & Brunus in tract. de forma, in tit. de probat. & præsump. quos secutus est Cagn. in d. l. lecta, num. 92. ver. secundo limita.

Declaratur tertio, quod ut locum non habeat, quando ex subiecta ipsa materia præsumitur, & intelligitur de pacto nudo, sicuti quando verbum, promissit, fuit prolaturum in materia contractuum innominatorum, quod sanè contractus pacto nudo consueverunt. Ita Bald. in l. si ex placito, C. de rerum permut. Ias. in d. l. lecta, num. 5. ver. 4. limita, & Ruin. in conf. l. 3. nu. 3. lib. 1. & dixi in fine præcedentis præsumptionis: sed dissentit Soc. sen. in conf. l. 223. num. 4. ver. secundo principaliter, lib. 2. & Ale. in conf. 76. num. 1. lib. 6.

Declaratur quarto, ut non procedat, quòdo costaret, quod illo promissionis tempore, non præcessit interrogatio, nec selecta est responsio. Nam quod promissio importet stipulationem, prouenit à præsumptione legis, quæ præsumit solemnitatem interuenisse, ut diximus supra, cum ergo apparet solemnitatem interrogationis, & responsionis non interuenisse, cessat ipsa præsumptio. Ita declarat Cagn. in d. l. lecta, nu. 92. ver. quinto limita.

Declaratur quinto, ut locum non habeat, quando verbum promissit, fuit prolaturum quod in epistola, quæ cum soleat mitti absenti, significat, per stipulationem promissum non fuisse, quia non præsentia, sed absentia præsumitur.

Ita in specie declarat Imola, & Aret. in l. Titia. §. penult. ff. de verb. oblig. & egregie Ruin. in d. conf. 13. l. n. 3. l. i. qui n. 4. comprobatur similib.

Declaratur sexto, ut non habeat locum, quando verbum, promissit, prolatum fuit a testibus. Nam tunc presumitur pacto nudo promissum. Ita Afflic. in decis. 120. nu. 2. qui tamen intelligit, non procedere contra producentes ipsos testes. Nam tunc presumitur promissum mediante stipulatione, & rursus non habet locum, quando testes deponunt super facto promissionis, ex quo resultat stipulatio. Ita Socin. sen. in d. conf. 253. num. 4. verfic. quoniam ad hoc simpliciter, lib. 2. idem sensu Alex. in conf. 76. nu. 1. lib. 6.

Pactum presumi ex promissione facta presenti, & tacenti, cum de eius utilitate, & commodo agitur.

- 1 Pactum aliud expressum, aliud tacitum.
2 Pactum expressum quid.
3 Pactum tacitum quid sit.
4 Promittens presenti, & tacenti aliquid ipse utile, pacisci dicitur. Resecta sententia eorum, qui dicunt pollicitationem esse, nu. 13.
5 Pactum duorum consensu perficitur, tacitusque sufficit, & numer. 14.
6 Consensus ex presentis taciturnitate, si de eius agatur commodo, colligitur.
7 Mandare intelligitur, qui ab alio mandari patitur.
8 Intelligitur, verbum, etiam presumptionem significare.
9 Præsumptio est de re dubia, fictio super veritate.
10 Tacens dissentire dicitur, cum de eius damno agitur.
11 Regulam e. qui tacet, de reg. iur. 6. locum habere solum, ubi de tacentis commodo agitur.
12 Tacere est medium tenere inter consentire, vel dissentire, & n. 22. Quod declaratur, num. 23.
13 Stipulanti decem viginti promittens, in decem tantum obligatio oritur.
14 Dissimulatio verba, in casu vero, & proprio intelligenda quomodo intelligendum, num. 17.
15 Consensus, qui ex taciturnitate colligitur, præsumptus dicitur, non fictus.
16 Actus potius ut inutilis, quam ut vehementer damnosus sit, quando sit interpretandus.
17 Scienti, & volenti non inferitur damnum.
18 Expressum satis dicitur, quod lex præsumptione, & coniectura expressit.
19 Tacens ubi de damno agitur, dissentire, ubi de commodo consentire presumitur.
20 Donatio inter vivos, hodie nudo pacto facta consistit.

PRÆSUMPT. XLII.

CVM de pactis disputarem, atque differerē, placuit vna cum Iuriconsultis Paulo, & alijs, in l. 2. in l. si vnus, §. pen. ff. de pactis. diuidere pactum in expressū, & tacitum. Expressum dicebam esse, quod verbis expressis sit, tacitum verò, quod ex signis, & tacito consensu colligitur, quod recte præsumptum appellatur, cum lex præsumat ita esse inter partes actum. Quemadmodum inter multa exempla extat illud quo dicimus, quod si presenti & tacenti aliquid promitto, quod utile, & proficuum ei sit, cum eo pactum inire dicor, sicuti recepta est magis Doctorum sententia, & communem esse traditionem testati sunt Ripa in rubr. C. de pact. no. 5. & ibid. Alciat. num. 6. & Tornielius in rubr. ff. de verbo. oblig. num. 60. Quam quidem sententiam veram, & retinendam existimaui, eo præcipuo argumento, quod pa-

ctum conficitur duorum consensu, l. 1. §. i. ff. de pact. & l. pactum, ff. de pollicitat. Et sufficit consensus tacitus, d. l. 2. ff. de pactis, cum illi similib. Ex presentia autem, & taciturnitate, cum de tacentis commodo agitur, consensus colligitur, qui patitur, ff. mand. dom. Vlpian. ita respondit. Qui patitur ab alio mandari, ut sibi credatur, mandare intelligitur. Quo responso intelligimus eum consentire mandato, qui patitur mandari ut sibi credatur, atque mutuo detur pecunia. Si me patiente madas argentario, ut mihi numeret, mutuoque det centum, ego ipse mandare intelligor ipsi argentario. Nam patientia hæc mea operatur consensum, ut ego dicar argentario mada, ut mihi numeret. Nec recipienda est interpretatio gl. ibi d. centis, quod ego videar mandare tibi, ut tu madas argentario. Nam responsum l. idemque, §. si quis Titio. ff. eod. tit. mandati. quod ab Accursio citatur, ad rem non pertinet. cum ibi loquatur Vlpianus de eo, qui suscipit mandatum, quo data est facultas suscipiendi mutuo ab actore. mandatis, qui quidem mandans contra eum cui mandauit, suscepto ab eo mandato, agit de mutuo, cum mandatum censetur impletum ex sola susceptione, ex quo est in facultate mandatarij, si pecuniam non est ab actore. illis consecutus, illam consequi, atque ita erga mandantem tenetur ex mutuo, quippe quod ut recipere pecuniam ab ipso tenet mandante. Qui sanè casus est longe diuersus à calu dicta l. qui patitur. ubi agitur solum, an ego qui passus sum mandari argentario, ut mihi credat actione mandati agere possim aduersus ipsum argentarium, ut susceptum mandatum impleat, atque ita mihi numeret. Et respondet Vlpian. quod agere possum, cum ego mandare intelligar. Illa ergo sola patientia operatur consensum. Nec retinenda est interpretatio Galliaula in rub. de verb. oblig. num. 62. cum dixit, quod in casu d. l. qui patitur, interuenit ultra patientiam, actus positiuus, hoc est, numerationis, qui alioqui consensum significat, clem. 1. de procur. & scribit post alios Ias. in l. quæ dotis, nu. 90. ff. solut. matr. Est enim illud, quod actus positiuus ibi intercesserit cum (ut rectè aduertit Zuchard. in rubr. C. de pactis, num. 50.) numeratio pecuniæ adhuc subsecuta non esset, sed numeranda erat. Et (sicuti nos diximus) ibi erat dubitatio, an ego actione mandati ad consequendum numerationem experiri possim contra ipsum argentarium. Non etiam est admittenda interpretatio eiusdem Galliaula præcitato in loco, cum dixit, quod in casu d. l. qui patitur, est consensus fictus, sicuti significat illud verbū, intelligitur, iuxta leg. vnicam, in princ. C. de rei vxor. actio. & l. heres quando cuique. ff. de acq. hered. & scribit Dec. in l. qui actione, nu. 3. ff. de reg. iur. Non est inquam admittenda hæc interpretatio, cum verbum, intelligitur, significet etiam præsumptionem, l. si mulier, ff. de reb. dub. & l. cum auus, ff. de cond. & dem. & in specie nostra probat l. 2. ff. de pactis. & scripsi supra lib. 1. q. 10. nu. 5. Et nostro in casu quod significet præsumptionem satis constat, quia est adiectū super re dubia. Potest enim esse, quod tacens consentiat, potest etiam esse, quod non consentiat, lex autē præsumit ob commodum, quod consentiat. Et hoc est secundum naturam præsumptionis, quæ est de re dubia, ut dixi supra lib. 1. q. 8. numer. 2. quo loci diximus e contra quod fictio est super veritate. Nam fingit esse, quod verè non est, quæ sanè fictio esse non potest nostro in casu, in quo non est certum, sed dubium, ut diximus, quod is tacens consentiat, lex itaque præsumit consensum, ex quo tacitum mandatum oritur. Non est pariter recipienda explanatio Zuchardi in rubr. C. de pactis, num. 53. cum dixit, quod in dict. l. qui patitur, agebatur de incommo- do eius, pro quo fuit mandatum. Est sanè falsa interpretatio hæc, quandoquidem illud incommo- dum in cau- la potius esse debebat dissensus, quam consensus: Cum

tur medium inter consentire, & dissentire. Huic obedi- tioni infra respondebimus. His defenditur recepta opinio, pactum esse præsumptum, quod oritur ex promissione facta presenti, & tacenti, ad sui utilitatem, & commodum. Dissentiunt tamen, & malè multi, qui scri- pserunt, hæc esse pollicitationem, qua in opinione fuerunt Guliel. Cun. Bald. & Corn. in l. senium. C. qui testam. facere poss. Host. in summa extra de pact. Crot. Alciat. Alba, & Torniel. in rubr. de verb. obl. Cagn. in rubr. C. de pact. num. 18. & ibid. Io. Bolog. num. 36. Duaren. in l. 1. in verbo, duorum. ff. de pact. Et hæc forte hodie esse receptiorem, scripsit Albe. Bolog. in d. rubr. de verb. oblig. c. 17. num. 1. Et ij quidem adduci sunt multis argumentis. Et primò, quod Vlpian. in l. 1. §. ff. de pact. & in l. pactum. ff. de pollici. dixerit, pactum esse duorum pluriusue consensum. Qui sanè consensus non oritur a plus, & sufficiens, ex presentia, & taciturnitate, cum ille sit quidam tacitus consensus, quo pactum non conficitur. l. 2. & l. si creditores. C. de pact. Verum respondetur falsum esse, quod in conficiendo pactum requiratur consensus omnino expressus. Cuius tacitus est sufficiens. l. 2. & l. 3. ff. de pact. Nec repugnât d. l. 2. & l. si creditores. C. de pactis. quia ut animaduertit Zuchard. in rubr. C. de pact. nu. 67. loquuntur de pacto ficto, sicuti Bart. Bald. & reliqui ibi sunt interpretati. Secundo perpendi solet tex. l. 1. §. si stipulanti. de verb. oblig. ubi si tibi stipulanti & decem, promitto viginti, obligatio duntaxat contrahitur in decem. Et tamen tacente stipulatore, debui saltem naturaliter ad alia decem obligari pacto nudo, quod non fit, ut ibi dicitur. Ergo non contrahitur pactum cum presente, & tacente. Ceterum respondetur, in casu d. §. stipulanti. actum fuisse inter partes, ut stipulatio tantum in decem contraheretur, sicuti præter Doctor. ibi scripsit Matthes. in notab. 127. Et ideo actus ultra intentionem patrum nihil operatur, iuxta l. non omnis. ff. si cert. petat. & pactum non inducit in alijs decem. Et præterea dici potest secundum Zuchardum in rubr. C. de pact. non fuisse ibi causatum pactum, quia is, qui stipulandi animum habebat, tacuit, & ideo non habetur pro consentiente, cum aduersus eum sumatur interpretatio iuxta l. veterib. ff. de pactis. Tercio afferitur text. l. ex pollicitatione. ff. de pollicitatio. quo loci appellatur pollicitatio, cum quis promittit presenti, & tacenti. Ergo non est pactum. Quod autem sibi presenti, & tacenti facta fuerit promissio, significant illa verba, apud Rempub. fecit, quæ sic exponuntur, id est apud magistratus, & officiales Reipubl. qui ipsam Rempubl. representant, iuxta gloss. in rubr. C. quæ sit longa consuet. & scribit Bart. in l. omnes populi. in 2. q. princ. de iust. & iur. Et idem est apud iudicē, quod in presentia iudicis. l. is apud quem. C. de eden. Respondet Curt. lun. in rubr. C. de pact. num. 15. duob. modis, secunda explanatio probabilior vè, dum ait, quod quæ pollicitatio fit fauore Reip. non curamus, an fiat presentis, & taceti, quia semper producit actionem, quam et producit pactum, sed nos loquimur, quæ ex pacto solum oritur obligatio naturalis, quæ non oritur ex pollicitatione. Voluit dicere Curt. nil referre, quod in casu sit pollicitatio, vel pactum, quia semper Reipubl. consequitur sibi promissum. Quæ interpretatio retinenda non est, cum ibi clarè Iuriconsul. affirmet illam esse pollicitationem, eamque eo appellet nomine. Retinenda fortè est interpretatio Zuchardi in rubr. C. de pact. num. 32. cum dixit d. l. ex pollicitatione, sic esse legendam, ut illa verba, apud Rempubl. coniungantur cum illis verbis, ob honorem, hoc modo, ex pollicitatione quæ quis fecit ob honorem apud Rempubl. Et hic subintelligitur, consequendum. Veleiã secundum Galliaulam in rubr. de verb. oblig. num. 33. dici potest, in d. l. ex pollicitatione, dici, ob id factam fuisse pollicitationem apud Rempubl. quia ipsa Reipubl.

pr. filius. §. inuitus. ff. de procur. & scribit Ias. in l. quæ dotis. qu. 97. ff. solut. matr. & dicemus infra. Non etiã mihi probatur acuta illa interpretatio Tornielii in rubr. de verb. oblig. nu. 61. quem quidem sensum, tacito Tornielii nomine, probauit Io. Bolog. in l. quæ dotis. num. 12. ff. solut. matr. Dixit Torniel. quod in casu d. l. qui patitur consensus ille ex illa patientia sumptus, non venit ad perficiendum actum imperfectum, sed confirmandū iam perfectum, nempe mandatum factū, & à mandatario susceptum. Diuersum est in casu nostro, quado quis promittit presenti, & tacenti. Nam inter eos nihil adhuc est actum, nihil perfectè factum. Non mirum ergo, si taciturnitas non operatur consensum, ut actus perficiatur. Hæc sanè interpretatio vera non est. Non enim in casu d. l. qui patitur, illa patientia consideratur, nec veratur circa perfectum, sed super imperfecto. Nam si me sciente, & patiente, mandasti argentario, ut mihi credat, ego mandare video ipsi argentario. Inter te mandantem, & argentarium mandatum suscipientem, actus quidem est perfectus, sed inter me, & ipsum argentarium, cum nil intercesserit, præter patientiam meam, actus est omnino imperfectus. Et tamen consensus ille, ortus ex patientia operatur tacitū mandatum. Et præterea, ut etiã rectè animaduertit bene eruditus Albertus Bolog. in commentarijs ad rubr. de verb. oblig. cap. 16. nu. 13. tacitus, atque ita præsumptus consensus potens est perficere actum imperfectum, si numeros meos me sciente, & non contradicente mutuo dederit, consensu, inde meus præsumitur, & mutuum ad mei commodum perficitur, & (ut nostri dicunt) reconciliatur. l. certi conditio. §. si numeros. ff. si cert. petat. Illa ergo sola patientia in d. l. qui patitur, consensum arguit, ut mandare intelligatur. Ita etiã explananda sunt l. si remunerandi. §. si passus, & l. q. fidei. ff. mand. & l. si fideiussor. C. eo. Et si enim inter fideiubentem, & creditorem intercedat actus fideiussionis, sitque ille perfectus, attamen inter me, qui passus sum fideiubere, & creditorem meū nil actum est, imò nec inter me, & te fideiussorem; & tamen mea ipsa patientia consensum arguit. Hanc quoque receptam sententiam probat tex. l. donationes. §. species. ff. de donat. cuius verba hæc sunt. species extra dotē à matre, filia nomine, viro traditas filia, quæ præsens fuit, donatas, & ab ea viro traditas videri, & c. Ecce quod presentia, & patientia illa filia operatur consensum, & approbationem donationis à matre sibi factæ. Et quamquam in commentarijs de arbitrariorum iudicium, lib. 2. casu 88. num. 34. scripserim, quod ibi lex ultra patientiam fugit traditionem filia factam à matre, & per filiam marito, breui quadam manu iuxta leg. singularia. ff. si cert. petat. attamen nil hoc officit, quandoquidem id contingit ratione traditionis factæ marito, ut contra eum filia eius vxor agere possit, sed quantum ad perficiendam donationem inter matrem, & filiam, sola ipsa presentia filia id operata est. Quibus intelligimus, minus rectè sensisse Curt. lun. in rubr. C. de pact. numer. 14. cum dixit in casu dict. §. species. donationem fuisse perfectam traditione. Non enim traditio aliqua facta fuit à matre filia, sed solum patientiã, sicque consensum adhibuit filia, dum mater eius marito tradidit. Postremò fulcitur sententia hæc illa iuris regula, qui tacet consentire videtur. c. qui tacet. de reg. iur. in 6. quæ regula locum habet solum, quando de tacentis commodo agitur, secus si de damno. l. filiusfam. §. inuitus. ff. de procur. & l. pen. ff. de furtis. & tradit post alios Ias. in l. quæ dotis. num. 97. & num. 104. ff. sol. matr. N. si ergo dicamus presentiam, & taciturnitatem operari consensum, cum de commodo agitur, frustra edita esset illa iuris regula. Nec repugnât alia subsequens regula e. is, qui tacet. de reg. iur. in 6. sumpta ex l. qui tacet. ff. de regul. iur. in quibus scriptum est, quod ille qui tacet, nec consentire nec dissentire videtur. Nam tacere, tenere & dici-